

Electio Cōmissariatus
Ciuicatis Placentiæ.

Lvdouicus Maria Sfortia Anglus Dux Me
diolani &c. Papiæ Angleriq; Comes: ac Ge
nuæ & Cremone Dominus. Superioribus annis
ab Magnificis Dominis Lucensibus carissimis
amicis nostris ad nos Orator & Ciuis suus mis
sus est insignis & clarissimus Iureconsultus D.
Nicolaus Tigrinus: quem & si Reipublice sue
nomen & dignitas nobis gratum efficeret gra
tiã tamen longe magis auxerunt oris & sermo
nis grauitas & facundia consumatq; earum le
gum cognitio per quas honesta Ciuitatuz uita
distinguitur: ac mirum incredibileq; magnarũ
rerum iudicium: quod ex nullo quidem q̄ pru
dentie uberrimiq; ingenii fonte prodire cosue
uit. Quarum excellentium uirtutum causa nõ
potuimus non illi aurate militie insignia beni
uolentiam in eum nostram testatura conferre:
& insuper ut rarissime eius doctrine sublimisq;
ingenii magnitudinem nobis cognitam osten
deremus eodẽ tempore iter Senatores nostros
ipsum cooptauimus: quod cum solum ad augẽ
dum eius decorem factum dici posset: iudicau
imus ad munus aliquod publicum uocandũ fo
re: unde etiam nobis & populis nostris utilitarẽ
q̄ asferre queat. Itaq; prenominarum Spectabile

Equitem & Doctorem D. Nicolaum Tigrinum
Ciuem Lucensem Consiliarium nostrum charis-
simum urbis nostre Placentie & pertinentiarum
Comissarium biennio klis Ianuarii proxime fu-
turi . M . CCCC . LXXXVII . incoaturo
deligimus facimus constituimus & creamus cum
auctoritate / balia / salario / honoribus / oneribus
preheminentiis / dignitatibus / & emolumentis
ad ipsum Comissariatum officium debite specta-
tibus & pertinentibus & per precessores suos de-
bite perceptis hactenus & habitis ac haberi so-
litis cui quidem Comissario nostro (ut supra) co-
cedimus & impartimur plenam amplam & libe-
ram auctoritatem merumque & mistum imperium
gladii potestatem ac omnimodam iurisdictionem
regendi gubernandi ac reformandi & corrigen-
di res omnes prefate Ciuitatis Placentie eius-
que districtus & Epatus ac pertinentiarum ut in-
dies melius dirrigantur. Addentes ei arbitrium
inquirendi & procedendi contra quoscunque in ea
Ciuitate districtu Epatu & pertinentiis deliquere
res quomodocunque aduersus nos & statum no-
strum tranquillitatemque eius Ciuitatis & contra
& preter iuris bene uiuendi normam eosque & quo-
libet seditiosos male compositos / scelestos / fa-
cinorosos faures / homicidas / incendiarios / prodi-
tores & improbos quoscunque homines seruata
& non seruata forma statutorum & ordinibus p

27.
uisionibus & mandatis suis inobedientes & re-
trogrados coercedendi atq; in eos procedendi &
puniendi usq; ad ultimum suppliciuꝝ inclusiue
queam admodum nos metipsi facere possemus
si personaliter adessemꝰ: & ea ipsa faceremus.
Reliqua etiam omnia que pro ipsius Ciuitatis
nostrę eiusq; districtus Epatus & pertinentiarũ
salute & pro status nostri conseruatione utilia
in eiusmodi officio administrando uisa fuerint:
prudencie & arbitrio suo spõte remittimus. Da-
mus deniq; eideꝝ D. Nicolao Cõmissario nostro
potestatem baliãq; omnia & singula faciendi
& exequendi: que ad dictum officium spectant
& pertinent. Mandantes Potestatibus / Capita-
neis / Castellanis Referendariis Cõmunibus &
hominibus: ceterisq; officialibus dictę Ciuitatis
districtus Epatus & pertinentiarum Placentię
presentibus & futuris ut dicto D. Nicolao Cõ-
missario nostro pareant & obediant: ac pro offi-
cii administratione faueant & assistant ceu per-
sone nostre proprie. Quin etiam idem fieri uo-
lumus & mandamus a Feudatariis nostris dicti
Epatus & ab eorum officialibus ac etiam genti-
bus armigeris nostris equitibus & peditibus in
eius iureditione manẽtibus sub indignationis
nostrę pena & sub quibuscunq; aliis penis per
ipsum Cõmissarium nostrum imponẽdis: quas
iremissibiliter exigi & Camere nostrę applica-

ri declaramus & iubemus. De dictisq[ue] salario ho-
noribus preheminentiis & emolumentis respō-
deant & faciant debitis temporibus integre re-
sponderi. In quorum fidem presentes fieri iussi-
mus & registrari nostrisq[ue] sigilli ipressione mu-
niri. Dat. Mediolani Die. xxvii. Decembris. M.
CCCC. LXXXVI.

B. Chalcos.